

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 206

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 13.

Cod. CCVI.

XI 13.

Cod. CCVI.
Chartae: Fol. loc: 15.2
4.8.Thomae de Harelbach
sermoes dominicales

Thomae de Harelbach Sermones in evan-
gelia dominicalia per annum. Praeedit
prologus, qui incipit: "Crebro multa solici-
tudine dum in minoribus etiam degerem an-
nis!" Inter alia vituperat morem predican-
tium, quo ingentem auctoritatum S. Scriptu-
rae, et doctorum molem in suis coaetervant
concionibus, et prosequitur: "Ego Thomas de
Harelbach utinam tantum se sicut professi-
one praesens opusculum expositionem evan-
geliorum secundum Rubricam pataviensem
per decursum anni continens prout et ad
vulgum cum ceteris sermonibus de sanctis
predicaverim etc. in unum compegi." Primus
sermo est de dominica I Adventus, et in-
cipit: "Cum appropinquasset Jesus jeroso-
limis etc. Hodie sancta mater ecclesia inci-
pit." Finito sermone de dominica ultima post
Pentecosten legitur: "Et sic est finis pro-
quo deus gloriosus sit benedictus in seculor.
sec. Amen. Actum in vigilia Cecilie Virgi-
nis beate in universitate Wienn 22. XXIII. Jor.
1438."/

Ejusdem de fe-
sto Pentecostes.

Hic additi sunt alii septem sermones,
quorum primus rubro notatur. In die pen-
thecostes Harelbach, et incipit: "Siquis dili-
git me etc. sicut judaicus populus." Nullus
dubito, quin et veteri ejusdem sint, nulla ta-
men horum apud Pekium, Asfaltren, atque
Khauteium, sicut et precedentium fit men-
tio.

Terra motus
Viennae.

In fronte folii primi prologum anteceden-
tis legitur: anno domini 1443 in die S. boni,

14.

Cod. CCVII. n. 1. 2.

1. facii videlicet 4^{ta} feria ante penthecostas fu-
 2. it magnus terre motus in Vienna ita ut
 3. cuncte due parve campane scilicet campa,
 4. na primarum in magna turri S. Stephani
 5. trina ac quatuor vicibus sonuerit et una
 6. alia 4 in alia turri toties etiam vigil de
 7. turri cucurrit putans turrim rueret et la-
 8. borantes tunc frangentes antiquam eccle-
 9. siam de muris fulgarunt.

Cod. CCVII.
 Chartac. Fol. loc. 15.

2

44.

1. Fol. 1-38.

Nic. Dinceloy,
 pichel tract. de
 dilectione Dei
 & proximi.

1a-38a

Nicolai Dinceloy pichel Tractatus de dilecti-
 one Dei, et proximi, qui incipit: "Scribitur
 Mt. 22. quod cum quidam legis doctor;
 et de quo jam dictum est in Codd. XCVI.
 n. 2. et CLXX. n. 6.

2. Fol. 38-85.

Ejurdem sermones
 de X preceptis.

38a-85b

Ejurdem sermones de X preceptis decalo-
 gi, quorum primus est: "Præter precepta legis
 nature comunia". De his quoque jam egimus
 in Codd. XCVI. n. 3. et CLXX. n. 4. Id
 autem in hoc Codice peculiare est, sermoni-
 bus præmitti tanquam prologum exordium
 alterius sermonis ejurdem authoris de acc-
 idia, quem exhibet Kropff. in Bibl. Mellic.
 p. 978. hujus initii: "Ex caritate oratur
 gaudium de Deo". Ad calcem ultimi ser-
 monis scriptum est: "Et sic est finis hujus
 operis sub anno domini M. CCCC. 45."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 206

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27542

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)